



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Ecclesia est indiuisibilis. tit. 196

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

mat. sic præsumebant Prophetæ falsi, prædicare verbum Dei: sed Deus inquit per Prophetam Ierem. 4. Currunt, sed ego non misi eos. & Rom. 10. Quomodo prædicabunt, id est, verè, si non mittantur? Sic enim veniunt à seipsis hæretici, & nemo misit eos. Ideo Christus Mat. 7. iubet attendere & cauere. Sic Chore, Dathan & Abiron vendicabant sibi sacerdotium, Numer. 16. & hoc autoritate verbi Dei, iuxta corin. 1. mi sententiam: nam allegabant scripturam Exo. 19. Eritis mihi omnes vos Iudæi in regnum sacerdotale, &c. sed falsa erat illorum intentio de illa scriptura, ideò Deus nõ approbavit, sed horribiliter etiam correxit schisma, &c. Nam specialiter & ordinatè Deus elegit Aaron, Exod. 30. Adoleuit rex incensum, 2. Paralipp. 26. sed lepra percutitur: non approbavit ergo Deus thuribulum Chore, nec incensum Regis &c. ergo ad verbum Dei exigitur etiã legitima potestas, &c. Potestas Ecclesiæ est intellectus scripturæ, quem Ecclesia habet catholica, non ille quem quisq; à suis terminis ex suo capite fingit.

*ECCLÉSIA EST INDI-
uisibilis.*

TITVLVS CXCVI.

CHRIſTUS saluator noster Matth. 13. assimilat ecclesiã catholicam reti, congreganti & retinèti pisces bonos & malos, vsque ad tractationem in litras, &c. iubet vtraque crescere simul zizania cum tritico vsq; ad tempus messis, & Paulus 2. Tim. 2. In magna illa domo nouit Dominus qui sunt eius, &c. Non iubet Christus separare & scindere Ecclesiam, sed iubet vtranq; crescere, volens solam vnam habere catholicam Ecclesiam, licet in illa forent boni & mali, &c.

Secundò, grauissimè peccant hæretici, qui sub titulo

nullo reformationis, aut perfectionis se separant à
 communi ecclesia catholica, angularem ecclesiam
 arguentes. Ecclesia catholica perseverat constans in
 articulis fidei, sacramentis, cæremonijs, doctrina ca-
 tholica, & firmissimè tenet, quod semel rectè visum
 prioribus patribus, & adhuc verum, rectum atque
 catholicū permanet. etsi sūt aliqui abusus, quo ad vi-
 am & mores illos non approbat, sed tamen propter
 hoc non recedit ab illa magna domo, sed manet &
 eret in fide circa sacramēta & fidei articulos. Ob id
 manet semper vera ecclesia, & qui sese separant, sunt
 hære & secreta conuenticula. Nā si priuati mali mo-
 di scinderent ecclesiam, cū omnes sectarij habeāt
 eos etiā defectus, ob quos coguntur orare cū ec-
 clesia, Matt. 6. Dimitte nobis debira nostra: non pos-
 sunt causas prætexere vllas sectarij, vel quod iustè re-
 cesserint, aut quòd ipsi sunt ecclesia, propter suam re-
 formationem quam prætendunt.

Tertiò, Non agitur inter nos de persona Christi,
 quem omnes credimus iustificatorem & saluatorem,
 sed de vnitae & dilectione. Nam concordamus qui-
 bus in capite Christo, sed non in corpore eius mysti-
 ca, 1. Cor. 12. Et quoniām hoc est præceptum Dei, vt
 credamus in Christum, & diligamus alterutrum, 1.
 Ioan. 3. & 1. Ioan. 4. ideo pro vnitae laboramus. At
 præterunt hæretici abusus, sed illi non separant eccle-
 siam a Christo, sicut vtrāq; crescere, Matt. 12. Si
 quis malè vixerit, restat iudicium, &c.

Quartò, Neq; nunc agitur de verbo Dei, an supra
 hoc vel inferior sit potestas Papæ aut Ecclesiæ. Est etiā
 verbum Dei supra omnes homines & potestates, &c.
 sed in hoc solum consistit controuersia, penes quem
 sit interpretatio verbi Dei. Ecclesia Catholica hoc
 sentit, quòd illa quæ olim semel spiritus sanctus reue-
 lante ecclesiæ, vt vera & recta, hæc eadem esse hodiè
 eam vera & recta: non enim secum distat spiritus
 sanctus.

sanctus. At heretici fingunt nonas glossas, & defen-
dunt, sicut iam Anabaptistæ de baptismo disputant.
Marc. ult. Qui crediderit? &cæ Sacramentarij deo,
quod dicitur, Hoc est corpus meum. Matth. 26. Luc-
rus de sola fide, Ro 3. Vualdenses, de suo sacerdotio,
1. Pet. 2. Et de traditionibus humanis, Matth. 11. Sic Oli-
andrini, in habitatione Dei, quod ad iustificatio-
nem, Ioan. 14. Ad eum veniemus. Sic Maioriste, quod
opera sunt necessaria ad retinendum, non ad meren-
dum salutem. Summa, non es certus de salute, nisi
in Ecclesia fueris catholica. Nec Christus esse vult cū
illo, qui discordat cū proximo. Nā dicit Mat. 3. Recon-
ciliare fratri tuo, & 1 Ioā. 4. Qui dicit diligo Deū, &c.

CREDERE IN CHRISTO

intra aut extra Ecclesiam an idem sit,

TITVLVS CXC VII.

QUAE in initio Ecclesiae, mota est haec quaestio.
Sed fides Catholica fundata in Christi
& Apostolicis verbis, credit quod non
idem sit credere in Christum intra vni-
versam Ecclesiam & extra, sicut non euidē
efficaciae est oratio Dominica, Mat. 6, in odio aut ab-
que odio dicta, aut munus altaris oblatū in vnitatem
& in odio, Mat. 5. sicuti etiam sacrificium Cain & A-
bel, Gen. 4. Ideo fides in Christum extra Ecclesiam, non
est utilis, Mat. 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus
est iudicio & 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, non
aut charitatem, nihil prodest, 1. Ioan. 4. Qui dicit,
Diligo Deum, & tamē odit fratrem suum, mēdax est.
Ideo est magna differentia inter fidem & sacramenta
extra ecclesiam, i. vnitatem catholicā, & intra vnitatem.
Labes enim odij schismatis distinguit. Ideo orat Apo-
stolus 1. Cor. 1. ne sint in nobis schismata.

Secūddō, sic credidit ecclesia ante annos plus, mille
temporibus Cypriani, Augustini, & Chrysostomi &c.
Primō